Quelle: https://manuscripta.at/?ID=46681
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



autem deo · in cristo ihesu domino
nostro · Non ergo regnet peccatum
in uro mortali corpore ut obedia
tis concupiscentiis eius · sed neq;
exhibeatis membra uestra arma
iniquitatis peccato · sed magis ex
hibete uos deo tanquam ex mortuis
uiuentes · et membra uestra arma
iustitie deo · Peccatum enim uobis
ultra non dominabitur · Non enim
sub lege estis · sed sub gratia · Quid
ergo · peccabimus quoniam non
sumus sub lege · sed sub gratia ·
absit · An nescitis quoniam cui ex
hibuistis uos seruos ad obedien
dum serui estis eius cui obedistis
siue peccati ad mortem siue obe
dientie ad iustitiam · Gratias autem
deo quod fuistis serui peccati
obedistis autem corde in eam for
mam doctrine in qua traditi estis
liberati autem a peccato serui facti
estis iustitie · Humanum dico propter
infirmitatem carnis uostre · Sicut
enim exhibuistis membra uestra ser
uire immundicie et iniquitati ad
iniquitatem · ita et nunc exhibe
te membra uestra seruire iustitie
in sanctificationem · Cum enim serui
essetis peccati liberi fuistis iusti
tie · Quem ergo fructum habuistis
tunc · in quibus nunc erubescitis ·
Nam finis illorum mors est · Nunc
autem liberati a peccato serui autem
facti deo · habetis fructum uestrum
in sanctificatione · finem uero uita
eternam · Stipendia enim peccati
mors · gratia autem dei uita eterna
in cristo ihesu domino nostro ·

VII

An ignoratis
fratres · scientibus enim le
gem loquor · quia lex in ho
mine dominatur quanto tempo
re viuit · Nam que sub uiro est mu
lier · uiuente uero uiro alligata est legi
Si autem mortuus fuerit uir eius ·
soluta est a lege uiri · Igitur uiuen
te uiro uocabitur adultera si fuerit
cum alio uiro · Si autem mortuus fu
erit uir eius · liberata est a lege ui
ri · ut non sit adultera si fuerit cum
alio uiro · Itaq; fratres mei et uos
mortificati estis legi per corpus cristi
ut sitis alterius qui ex mortuis resur
rexit · ut fructificetis deo · Cum enim
essemus in carne passiones peccato
rum que per legem erant operaban
tur in membris uestris · ut fructi
ficarent morti · Nunc autem soluti
sumus a lege mortis · in qua deti
nebamur · ita ut seruiamus in no
uitate spiritus et non in uetustate
litere · Quid ergo dicemus · lex
peccatum est · absit · Sed peccatum
non cognoui nisi per legem · Nam con
cupiscentiam nesciebam esse pec
catum nisi lex diceret · Non contu
pisces · Occasione autem accepta per
catum per mandatum operatum est
in me omnem concupiscentiam
Sine lege enim peccatum mortuum
erat · ego autem uiuebam sine lege
aliquando · Sed cum uenisset man
datum peccatum reuixit · Ego autem
mortuus sum et inuentum est mi
mandatum quod erat ad uitam ·